notitiae 461-462 Vol. 41 (2005) - Num. 1-2

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica
Editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum
Mensile- sped. Abb. Postale – 50% Roma
Directio: Commentarii sedem habent apud Congregationem de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta Notitiae, *Città del Vaticano*
Administratio autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana – Città del Vaticano* – c.c.p. N. 00774000.
Pro Commentariis sunt in annum solvendae: in Italia € 25,83 – extra Italiam € 36,16 ($ 54).

Typis Vaticanis

« Editoriale » 3-5
« Editorial » 6-8

Ioannes Paulus PP. II
Allocutiones: Udienza ai partecipanti all'Assemblea Plenaria della Pontificia Commissione per l'America Latina 9-11

Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum
Summarium Decretorum 12-23
Variationes in Maryrologium Romanum Inductae (Editio typica altera) 24-63
In nostra familia: La Cappella « *Mane Nobiscum Domine* » 64-65

Paenitentiaria Apostolica
Decreto circa le Indulgenze concesse durante l'Anno dell'Eucaristia 66-68

Studia
La Lettera Apostolica « Mane Nobiscum Domine » (*M. Augé*, C.M.F.) 69-79

Actuositas Liturgica
Il 48° Congresso Eucaristico Internazionale. La Preparazione - la Celebrazione - il dopo Congresso (*F. Pratzner*, S.S.S.) 80-87
Per una nuova « Stagione Eucaristica ». Guadalajara: la celebrazione del 48° Congresso Eucaristico Internazionale (*G. Grieco*, O.F.M. Conv.) 88-104

« EDITORIALE »

I QUARANT'ANNI DI *NOTITIAE*

Notitiae comincia il suo 41° anno di vita. Nacque nel 1965 come strumento del *Consilium ad exsequendam constitutionem de Sacra Liturgia.* Il suo primo editoriale, firmato dal Card. Giacomo Lercaro, aveva un titolo significativo: « *In nomine Domini* ». Si partiva, nel nome del Signore, per un « viaggio » entusiasmante, da un lato, ma anche irto di difficoltà, dall'altro. Il volume di Indici che sarà a breve pubblicato aiuterà a valorizzare le ricchezze di questi quaranta volumi. In essi è documentata, passo per passo, la riforma liturgica. È in qualche modo riflessa la sua attuazione, la sua recezione e il suo sviluppo. Si trovano anche tanti studi significativi, per quanto la rivista non abbia la finalità propria di uno strumento di ricerca e di studio, ma piuttosto quello di uno « strumento di lavoro », come diceva il menzionato editoriale: « *instrumentum laboris, potius quam folium meri intellectualis gaudii* » (*Notitiae* I, p. 5).

A sfogliare le pagine del primo volume, si ha subito il senso di un grande « laboratorio », che si apre nell'orizzonte della Chiesa universale. Il primo fascicolo inizia con gli *Acta Consilii* concernenti i decreti con cui vengono confermate le delibere delle conferenze episcopali, secondo i criteri stabiliti nella *Instructio ad exsecutionem Constitutionis de sacra Liturgia recte ordinandam.* I decreti sono raggruppati per Continenti. L'elemento che spicca, in questi primi decreti, è l'indicazione della lingua « vernacola » adottabile per la liturgia in ciascuna nazione. Per quanti non hanno vissuto quel momento, è difficile immaginare l'impatto emozionante di questa « apertura » linguistica della liturgia occidentale. Certo cominciarono presto anche i problemi, e ancora oggi quello delle traduzioni rimane un capitolo laborioso, insieme con quello degli adattamenti e dell'inculturazione. Già in quegli inizi si sentiva la fatica del « nuovo », messo a rischio da opposte tendenze. Il 30 giugno 1965 il Card. Lercaro firmava una lettera ai Presidenti delle Conferenze Episcopali, ricordando che « *il n'est*

VARIATIONES IN MARTYROLOGIUM ROMANUM INDUCTAE

(Editio typica altera)

Die 29 iunii 2004, in sollemnitate Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum novam promulgavit editionem Martyrologii Romani, quae editio typica altera declaratur. Eiusdem editionis venditio fit apud Librariam Editricem Vaticanam.

Aliquae vero huc insertae sunt tantummodo mutationes, quae ad emendationem textus, praesertim quoad eius orthographiam et usum scribendi, visae sunt inducendae. Ubi praeterea opus fuit recentiorum novitatum causa in proclamationibus Sanctorum vel Beatorum vel valida inventa sunt argumenta, quae omnia sine ulla controversia dirimerent dubia et sane cum regulis rationibusque congruerent, quae hucusque in annos, Concilio Vaticano II iubente, instaurationi huius libri liturgici praefuerunt, ut cultus Sanctorum ad viam legitimae progressioni aperiretur et fidei historicae redderetur, innovationes quaedam ad editionem typicam anni 2001 introducta sunt.

Praebentur itaque ea, quae in hoc volumine mutata sunt.

Ad editionem alteram praemissum est decretum, quod sequitur:

Prot. N. 1140/04/L

DECRETUM

A progenie in progenies misericordia Dei Patris omnipotentis, qui verbum veritatis Evangelii in universo mundo uberat, ut magnum consilium salutis ad omnem plenitudinem in Christo perveniat, christifidelibus omnium Sanctorum merita tribuit venerari, ut desideratam hominibus Domini propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus, largiretur. Quae mirabilia Sanctissimae Trinitatis dilectionis, Deum ipsum mirabilem et unum Sanctum in omnibus sanctis adorans, indefesse colit et proclamat Ecclesia in cultu Sanctorum, quibus Dominus divisiones gratiarum in terra et unam in caelo mercedem gloriosam contulit.

Signum praestans huius populi Dei erga Sanctos devotionis exstat Martyrologium Romanum nuperrime ex decreto Sacrosancti Œcumenici Concilii Vaticani II recognitum, cuius editio typica 29 iunii anni 2001 promulgata est. Parva ergo interposita mora, attento nunc usu, qui e liturgica oritur instauratione, acceptisque peculiaribus consiliis eorum, qui ad studium tanti ac laboriosi operis se contulerunt, visum est emendationes quasdam inducere, quo ditior ac clarior textus fieret.

Haud pauci, igitur, servi Dei a Summo Pontifice Ioanne Paulo PP. II ad dignitatem Beatorum vel Sanctorum evecti hanc in editionem inserti sunt, ut protinus opportunis elogiis die suo natali colerentur. Aliquae variationes inductae sunt, quae plerumque ad Sanctos pertinent, cuius mentio in praecedenti editione defuerat vel dubia quaedam historiae ratione panderat; immutationes insuper minores linguam latinam et orthographiam expoliunt.

Proinde Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum editionem hanc alteram Martyrologii Romani vigore facultatum specialium a Summo Pontifice Ioanne Paulo PP. II ipsi tributarum nunc promulgat et «typicam» esse declarat. Conferentiis Episcoporum curae erit textum, qui in hac editione invenitur, in linguas vernaculas vertere et ad hoc Dicasterium mittere recognoscendum.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 29 mensis iunii anni 2004, in sollemnitate Ss. Petri et Pauli, Apostolorum.

Franciscus Card. Arinze
Praefectus

✠ Dominicus Sorrentino
Archiepiscopus a Secretis

Ad textum Praenotandorum *quod attinet, insertae sunt has variationes:*

p. 9, n. 1

loco: quae Christus est (cf. *Io* 14, 6), via hominum ad Patrem (cf. *Io* 14, 6).

ponitur: quae Dominus Iesus Christus est, via hominum ad Patrem (cf. *Io* 14, 6).

p. 9, n. 2

loco: Deus Pater voluntatem suam manifestavit

ponitur: Deus Pater, omnia in Christo instaurans (cf. *Eph* 1, 10), voluntatem suam manifestavit

p. 9, n. 3

loco: ut omnes unum in Christo Iesu fiant (cf. *Io* 11, 51-52), eos sociat

ponitur: ut omnes unum in Christo Iesu fiant, eos eripuit de potestate tenebrarum et transtulit in regnum Filii dilectionis suae (cf. *Io* 11, 51-52) ac sociat

p. 10, n. 4

loco: sanctitatem vitae, cuius ipse et auctor et consummator exstat, omnibus ... Spiritus Sanctus confirmat communione omnium Sanctorum et eos ad propositum certamen impellit, ut immarcescibilem coronam gloriae (cf. *2 Tim* 4, 7-8; *1 Cor* 9, 25; *Apoc* 2, 10) consequantur ...

ponitur: sanctitatem vitae, cum ipse auctor et consummator eius exstet, omnibus ... Spiritus Sanctus in baptismate confirmat et eos ad propositum certamen impellit, ut immarcescibilem coronam gloriae (cf. *2 Tim* 4, 7-8; *1 Cor* 9, 25; *Apoc* 2, 10) in communione omnium Sanctorum consequantur

p. 10, n. 5

loco: Pater ... Christus quoque ... coniunxit atque ... et gratiae clarificet

ponitur: Deus Pater ... Christus Dominus quoque ... coniunxit atque ... et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis clarificet

p. 10, n. 6

loco: omnes homines ... gratiam Dei, Sanctorum ... ad ipsam perveniant.

ponitur: omnes ... gratiam Dei omnipotentis, Sanctorum ... ad ipsam perveniant. Praesertim in adiunctis huius temporis novae evangelizationis, maximi momenti est ut totum pastorale iter in ipsa sanctitate collocetur, quae intellegi oportet non quidem uti via extraordinaria aliquorum tantum, sed ut intentio omnium christifidelium ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem.[12]

Nota:

[12] Cf. Ioannes Paulus II, Ep. Ap., *Novo Millennio ineunte*, diei 6 ianuarii 2001, n. 30: AAS 93 (2001) p. 267.

p. 11, n. 9

loco: Sanctorum liturgica celebratio

ponitur: Sanctorum liturgica commemoratio

p. 11, n. 10

loco: elucet et ... christifidelibus proponitur.

ponitur: elucet, resurrectionis ipsius gloriam demonstrans,[18] et ... christifidelibus proponitur: «omnia praetereunt, Sanctorum gloria durat in Christo, qui cuncta novat dum permanet ipse».[19]

Nota:

[18] Cf. Ioannes Paulus II, Ep. Ap., *Dies Domini*, diei 31 maii 1998, n. 78: AAS 90 (1998) p. 761.

[19] Cf. S. Paulinus Nolanus, *Carmina*, XIV, 3-4: CSEL 30, 67.

p. 11, n. **11**

loco: Proinde liturgica celebratio caelitum innititur, non tantum ut exempla Sanctorum fidelibus proponantur imitanda

ponitur: Proinde eadem memoria liturgica Sanctorum innititur, non tantum ut exempla eorum omnibus fidelibus proponantur imitanda

p. 12, n. **12**

loco: « dies natalis » eius

ponitur: « dies natalis » eorum

p. 12, n. **13**

loco: Consortium totius Iesu Christi Mystici Corporis apprime agnoscens, Ecclesia viatorum ... martyres Christi celebravit, qui sui sanguinis effusione supremum fidei

ponitur: Ecclesia viatorum ... martyres Christi celebravit, qui sui sanguinis effusione, ad imitationem Salvatoris morientis super Crucem, supremum fidei

p. 12, n. **14**

loco: Proinde

ponitur: Exinde

p. 13, n. **18**

loco: Ex eo proinde, quod ... enituntur.

ponitur: Ex eo deducitur quod ... enituntur. Eorum vitam in Christo contemplantes, lucem quaerunt etiam ad mysteria Dei investiganda. Nam in vita Sanctorum, qui, humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transformantur (cf. *2 Cor* 3, 18), Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat. In eis Ipse nos alloquitur signumque nobis praebet Regni sui.[29] Quod speciali modo apparet in illis sanctis, qui peculiaribus donis Spiritus Sancti praeditis non tantum vitae, sed doctrinae quoque excellentia eluxerunt. Hoc autem non unice considerandum est de scientia theologica, sed etiam de « scientia amoris » illa, quae ab illuminatione Spiritus Sancti derivatur per experientiam mysteriorum Dei.[30]

Nota:

[29] Cf. Conc. Œc. Vatic. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n. 50.

[30] Cf. Ioannes Paulus II, Litt. Ap., *Divini amoris scientia*: Sancta Teresia a Iesu Infante et a Sacro Vultu Doctor Ecclesiae universalis renuntiatur, n. 7: AAS 90 (1998) p. 936; et Conc. Œc. Vatic. II, Const. dogm. de divina revelatione *Dei Verbum*, n. 8.

p. 14, n. **23**

loco: animo intendat.

ponitur: curet.

p. 15, n. **29**

loco: commemorati.

ponitur: commemorati. Status hic particularis seu localis commemorationum Sanctorum antiquiorum ac Beatorum omnium a Media Aetate usque ad hodierna tempora asterisco (*) indicatur iuxta numerum, qui ordinem chronologicum Sanctorum ac Beatorum in die designat.

p. 16, n. **33**, *ad ultimam lineam*

loco: una alterave e formulis infra, n. **44**, propositis adhibeatur.

ponitur: una alterave e formulis infra, p. 26, n. **12**, propositis adhibeatur.

p. 17, n. **39**

loco: victoria paschalis

ponitur: victoriam paschalem

p. 18, n. **41**

loco: eorumdem

ponitur: eisdem

p. 18, n. **42**

loco: excerpta

ponitur: excerptae

p. 19, *ad paene ultimam lineam*

loco: quaemadmodum appositum ostendit prospectum

ponitur: quemadmodum appositus ostendit prospectus

p. 20, *ad 2 lineam*

loco: annum 2001 et 2030

ponitur: annum 2004 et 2033

p. 20, *ad lineas* 8-13

loco: *Exemplum*: Anno 2001, numerus ... est 7, cui respondet epacta V et littera Martyrologii «**e**», quae ... litterae «**e**» respondebit numerus 6, qui ... augusti numerus 12.

ponitur: *Exemplum*: Anno 2005, numerus ... est 11, cui respondet epacta XIX et littera Martyrologii «**u**», quae ... litterae «**u**» respondebit numerus 20, qui ... augusti numerus 26.

p. 20, *ad lineas* 12 *et* 3 *ab ore inferiori*

loco: quaemadmodum

ponitur: quemadmodum

p. 21, Tabella, *ad 4 lineam, ultimam casulam*

loco: 55

ponitur: 15

p. 22, Tabella, *ad 7 columnam, lineam 11*

loco: 11

ponitur: XI

p. 22, Tabella, *ad 7 columnam, lineam 12*

loco: 22

ponitur: XXII

p. 22, Tabella

Conspectus tabellae temporariae nunc ab anno 2004 usque ad 2033 procedit.

pp. 25, **8**, et 27, **16**

loco: Amen.

ponitur: R. Amen.

p. 26, n. **12**

loco: ipsíus autem memória hoc anno apud nos

ponitur: ipsíus autem memória (hoc anno) apud nos

p. 31, 1, *Dom. I Adv.*

loco: , in quo ... Dei Fílius

ponitur: , quo ... Dei Fílii

KENRICK SEMINARY LIBRARY
5200 GLENNON DRIVE
ST. LOUIS, MO. 63119

p. 32, 7, *Feria V Hebdomadae sanctae*

loco: 7. *Feria V* ... celebránda.

ponitur: *Totum elogium omittitur. Numeratio itaque insequentium elogiorum unam unitatem deminuit.*

p. 32, 8, *Feria VI Hebdomadae sanctae*

loco: **8.** *Feria VI Hebdomadae sanctæ in Passione*

ponitur: 7. *Feria V Hebdomadae sanctæ, feria VI in Passione*

p. 32, **12** [*nunc* 11], *Dominica post Pentecosten*

Nota «[42]» *transponenda est ad finem numeri* **13** [*nunc* 12] *(p. 33) post verbum* Trinitatem.

p. 37, **3**

loco: aéquitas

ponitur: aequitátis

p. 38, **4**

loco: Cum autem esset plenus

ponitur: Cum esset Stéphanus plenus

p. 39, **8**

loco: At ubi

ponitur: Ubi

p. 39, **9**

loco: Surge, illumináre, quia

ponitur: Surge, illumináre, Ierúsalem, quia

p. 40, **13**

loco: Igitur, si

ponitur: Si

p. 41, **14 a**

loco: Si autem resurréctio

ponitur: Si resurréctio

p. 41, **14 b**

loco: Deus vero suscitávit

ponitur: Deus suscitávit

p. 42, **18**

loco: Quotiescúmque enim manducábitis

ponitur: Quotiescúmque manducábitis

p. 45, **21 e**

loco: Mémores enim estis

ponitur: Mémores estis

p. 45, **21 f**

loco: Sanctis autem tuis

ponitur: Sanctis tuis

p. 45, **21 g**

loco: Spíritum

ponitur: Spíritus

p. 46, **23**

loco: Fuit autem cum

ponitur: Fuit cum

p. 47, **25**

loco: Sapiéntia autem hos

ponitur: Sapiéntia hos

pp. 48-49, **31-33**

loco: Die 14 septembris: **31.** ... Die 15 septembris: **32.** ... Die 8 septembris: **33.** ...

ponitur: Die 8 septembris: **31.** ... Die 14 septembris: **32.** ... Die 15 septembris: **33.** ...

p. 51, **37**

loco: Et abstérget

ponitur: Abstérget

p. 51, **39**

loco: Quómodo ergo invocábunt

ponitur: Quómodo invocábunt

p. 53, **46**

loco: Semper enim nos

ponitur: Semper nos

p. 54, **51**

loco: Fungi ...

ponitur: Factum est illi in testaméntum aetérnum et sémini eius sicut dies caeli: ministráre illi et fungi ...

p. 54, **52**

loco: Qui autem accómodat

ponitur: Qui accómodat

p. 55, **56**

loco: Quam pulchra est casta generátio, cum claritáte! Immortális est ...

ponitur: Mélius est absque líberis esse cum virtúte; immortálitas est ...

p. 56, **57**

loco: Quae autem vere

ponitur: Quae vere

p. 59

loco: Orationes, quae sequuntur, adhiberi possunt, ad libitum sacerdotis, in fine celebrationis, in qua Martyrologium legitur. Post lectionem sacerdos, iunctis manibus, dicit, sine Orémus, orationem, omnibus respondentibus: Amen. **1.** Sancta María et omnes Sancti ... in saécula saeculórum. **2.** Exáudi, Dómine, pópulum ...

ponitur: In fine celebrationis, in qua Martyrologium legitur, sacerdos post lectionem, iunctis manibus, sine Orémus, et omnibus respondentibus: Amen, dicere potest ad libitum formulam hanc: Sancta María et omnes Sancti ... in saécula saeculórum. Vel dicit ad libitum unam ex orationibus, quae sequuntur: **1.** Exáudi, Dómine, pópulum ...

p. 62, **23**

loco: *Oratio* **23**

ponitur: **22.** Fámulis tuis, quaésumus, Dómine, adésto, et super eos grátiam tuam multíplica, ut, Sanctórum suffrágium sentiéntes, ad eórum exémpla assequénda impellántur. Per Christum.

p. 63, **30**

loco: tuos

ponitur: tui

p. 64, **35**

loco: Preténde

ponitur: Praeténde

p. 69, *ad ultimam lineam*

loco: Iuda

ponitur: Iudae

Sancti vel Beati noviter in Martyrologium introducti

In editione altera Martyrologii Romani 114 nova elogia inveniuntur, quae, praeter elogium pro Virgine de Guadalupe nuper in Calendarium Generale insertum, ad 117 Sanctos vel Beatos spectant, quorum 51 Sancti antiquioris cultus ad hodiernum diem adhuc celebrati et 66 Beati a Summo Pontifice Ioanne Paulo a die 7 octobris 2001 ad 25 aprilis 2004 declarati. Post nomen et titulum Sancti vel Beati, notantur dies ac numerus, qui eiusdem locum, iuxta chronologicam rationem, in die designat (si solum signum «↓» ad hunc numerum adiciatur, hoc modo nova denotatur elogii collocatio iam alia in die confecta correctione vel eiusdem generis conficienda; si autem numerus cum signo «↓» inter parentheses quadratas exstet, hoc modo nova denotatur elogii collocatio post correctionem, quae ad eundem diem infra refertur) et postremo, inter parentheses rotundas, annus eius natalis.

Ex prior turma, scilicet Sanctorum antiquiorum, sunt:

S. Albertus, *episcopus*, 5 aprilis, 7 (1127)
S. Albertus, *presbyter*, 17 augusti, 7 (1202)
S. Antonius de Hieracio, *eremita*, 23 augusti, 9 (s. X)
S. Arsenius, *eremita*, 15 ianuarii, 11 (904)
S. Benincasa de Monte Politiano, *religiosus*, 9 maii, 9 (1426)
B. Benvenutus de Eugubio, *religiosus*, 27 iunii, 7 (ca. 1232)
S. Christophorus de Collesano, *monachus*, 17 decembris, 6 (s. X)
S. Christophorus Macassoli, *presbyter*, 5 martii, 9 (1485)
S. Cyriaca, *virgo et martyr*, 6 iulii, 2 (s. III/IV)
S. Cyriacus de Bonovicino, *abbas*, 19 septembris, 11 (1030)
S. Ermenphridus, *abbas*, 25 septembris, 8 (ca. 670)
S. Fantinus iunior, *eremita*, 30 augusti, 6 (s. X)
S. Heliena, *virgo*, 20 aprilis, 8 (s. VII)
S. Ioachim de Senis, *religiosus*, 16 aprilis, 10 (1305)

B. Ioanna de Tolosa, *virgo*, 31 martii, 5 (s. XIV in.)
Ss. Ioannes de Cetina, *presbyter*, et Petrus de Dueñas, *religiosus*, *martyres*, 19 maii, 9 (1397)
S. Ioannes de Tupharia, *eremita*, 14 novembris, 7 (1170)
B. Ioannes Saziari, *religiosus*, 21 aprilis, 6 (1371)
S. Ioannes Xenus, *monachus*, 6 octobris, 8↓ (s. XI)
S. Iustus, *monachus*, 6 iulii, 8↓ (s. inc.)
S. Laurentius, *monachus*, 30 dec., 10 (ca. 1162)
S. Leo, *eremita*, 5 maii, 11 (ca. s. XII)
S. Leonides Fëdorov, *episcopus et martyr*, 7 martii, 14 (1935)
S. Litiphridus, *episcopus*, 8 martii, 9 (874)
S. Lucas, *episcopus*, 10 decembris, 5 (1114)
S. Lucas, *abbas*, 5 februarii, 5 (995)
S. Lucas Casali, *monachus*, 2 martii, 3 (s. IX)
S. Lucianus, *episcopus*, 3 ianuarii, 9 (s. VIII/IX)
S. Macarius de Collesano, *monachus*, 16 decembris, 7 (1005)
S. Marcus, *episcopus*, 5 novembris, 3 (ca. s. IV)
S. Nicetius, *episcopus*, 8 februarii, 8 (ca. 610)
S. Nicodemus, *eremita*, 25 martii, 8 (990)
S. Onuphrius, *eremita*, 4 augusti, 8 [= 7↓] (995)
S. Petrus, *episcopus*, 3 maii, 6 (ca. 922)
S. Petrus Spanò, *eremita*, 5 iunii, 9 (s. XII)
S. Philaretus, *monachus*, 6 aprilis, 8 (1076)
S. Proclus de Bisiniano, *monachus*, 19 februarii, 6 (ca. 970)
S. Radulphus, *episcopus*, 26 iunii, 8 (1064)
S. Raymundus Lullus, *religiosus et martyr*, 29 iunii, 5 (1316)
S. Renatus, *episcopus*, 6 octobris, 4 (s. V)
S. Sabas de Collesano, *monachus*, 5 februarii, 6↓ (995)
S. Severus, *episcopus*, 24 martii, 4 (814)

S. Simon, *eremita*, 19 novembris, 7 (s. X)
S. Stephanus de Nicaea, *episcopus et martyr*, 5 iulii, 2 (ca. 78)
S. Stephanus de Rossano, *monachus*, 26 septembris, 5 (1001)
S. Theodora, *virgo*, 28 novembris, 4 (980)
S. Thomas, *abbas*, 5 iulii, 7↓ (1000)
S. Vitalianus, *episcopus*, 3 septembris, 8 [= 9↓] (s. VII/VIII)
S. Vitalis de Castronovo, *monachus*, 9 martii, 4 (993)
S. Waldebertus, *abbas*, 2 maii, 5 (665/670)
S. Zacharias, *monachus*, 21 ianuarii, 7 (ca. 950)

Ad alteram, scilicet beatorum nuper declaratorum, pertinent:

B. Alexandrina Maria da Costa, 13 octobris, 14 [= 13↓] (1955)
B. Aloysius Beltrame Quattrocchi, *paterfamilias*, 9 novembris, 14 (1951)
B. Aloysius Tezza, *presbyter*, 26 septembris, 10↓ (1923)
B. Aloysius Variara, *presbyter*, 1 februarii, 18 (1923)
B. Alphonsus Maria Fusco, *presbyter*, 6 februarii, 11 (1910)
B. Aloysius Maria Monti, *religiosus*, 1 octobris, 12 (1900)
B. Andreas Hyacinthus Longhin, *episcopus*, 26 iunii, 12↓ (1936)
B. Artemides Zatti, *religiosus*, 15 martii, 9↓ (1951)
B. Augustus Czartoryski, *presbyter*, 8 aprilis, 10 (1893)
B. Bartholomaeus a Martyribus Fernandes, *episcopus*, 16 iulii, 10 (1590)
B. Basilius Hopko, *episcopus et martyr*, 23 iulii, 12 (1976)
B. Bonifatia Rodríguez Castro, *virgo*, 8 augusti, 14 (1905)
B. Caietana Sterni, *religiosa*, 26 novembris, 13 (1889)
B. Caietanus Errico, *presbyter*, 29 octobris, 10 [= 9↓] (1860)
Bb. David Okelo et Gildus Irwa, *martyres*, 18 septembris, 11 (1918)
B. Eugenia Picco, *virgo*, 7 septembris, 20 (1921)
B. Eugenia Ravasco, *virgo*, 30 decembris, 12↓ (1900)

B. Eusebia Palomino Yenes, *virgo*, 10 februarii, 12 (1935)
B. Iacobus Alberione, *presbyter*, 26 novembris, 14↓ (1971)
B. Ignatius Maloyan, *episcopus et martyr*, 11 iunii, 13 (1915)
B. Ioanna Maria Condesa Lluch, *virgo*, 16 ianuarii, 15 [= 14↓] (1916)
B. Ioannes Beyzym, *presbyter*, 2 octobris, 11 (1912)
B. Ioannes Merz, 10 maii, 13 (1928)
B. Ioannes Adalbertus Balicki, *presbyter*, 15 martii, 8 (1948)
B. Ioannes Antonius Farina, *episcopus*, 4 martii, 9 (1888)
B. Ioannes Baptista et Hyacinthus ab Angelis, *martyres*, 15 septembris, 13 (1700)
B. Ioannes Nepomucenus Zegrí y Moreno, *presbyter*, 17 martii, 9 (1905)
B. Iosephus Bilczewski, *episcopus*, 20 martii, 16 (1923)
B. Iulia Salzano, *virgo*, 17 maii, 7 [= 8↓] (1929)
B. Ladislaus Batthyány-Strattmann, *paterfamilias*, 22 ianuarii, 15 (1931)
B. Laura a Sancta Catharina Senensi Montoya y Upeguí, *virgo*, 21 octobris, 12 (1949)
B. Liduina (Helisa Angela) Meneguzzi, *virgo*, 1 decembris, 13 (1941)
B. Ludovicus Pavoni, *presbyter*, 1 aprilis, 10 (1848)
B. Marcus de Aviano (Carolus Dominicus) Cristofori, *presbyter*, 13 augusti, 11 (1699)
B. Marcus Antonius Durando, *presbyter*, 10 iunii, 9 (1880)
B. Maria Beltrame Quattrocchi, *materfamilias*, 26 augusti, 15 (1965)
B. Maria Romero Meneses, *virgo*, 7 iulii, 16 (1977)
B. Maria a Caritate Spiritus Sancti (Carolina) Brader, *virgo*, 27 februarii, 14 [= 13↓] (1943)
B. Maria a Columna Izquierdo Albero, *virgo*, 27 augusti, 20 (1945)
B. Maria a Doloribus Rodríguez Sopeña, *virgo*, 10 ianuarii, 19 (1918)

B. Maria a Guadalupe (Anastasia) García Zavala, *virgo*, 24 iunii, 10 (1963)

B. Maria a Iesu Crucifixo Petkovi↓, *virgo*, 9 iulii, 11 (1966)

B. Maria a Passione (Helena) de Chappotin de Neuville, *virgo*, 15 novembris, 18 (1904)

B. Maria a Transitu Iesu Sacramenti Cabanillas, *virgo*, 25 augusti, 12 (1885)

B. Maria Aemilia Tavernier, *religiosa*, 23 septembris, 10 (1851)

B. Maria Christina ab Immaculata (Adalheidis) Brando, *virgo*, 20 ianuarii, 11 (1906)

B. Maria Dominica Mantovani, *virgo*, 2 februarii, 14 (1934)

B. Maria Euthymia (Emma) Üffing, *virgo*, 9 septembris, 6 (1855)

B. Methodius Dominicus Trcka, *presbyter et martyr*, 23 martii, 12 (1959)

B. Nemesia (Iulia) Valle, *virgo*, 18 decembris, 7 (1916)

B. Nicolaus Gross, *paterfamilias et martyr*, 15 ianuarii, 16↓ (1945)

B. Paulus (Petrus) Gojdich, *episcopus et martyr*, 17 iulii, 16 (1960)

B. Paulus Manna, *presbyter*, 15 septembris, 17↓ (1952)

B. Petrus Bonhomme, *presbyter*, 9 septembris, 8↓ (1861)

Bb. Petrus Vicev, Paulus (Iosephus) Džidžov et Iosaphat (Robertus Matthaeus) Šiškov, *presbyteri et martyres*, 13 novembris, 19 (1952)

B. Rosalia (Ioanna Maria) Rendu, *virgo*, 7 februarii, 15 [= 14↓] (1856)

B. Sancia (Ioannina) Szymkowiak, *virgo*, 29 augusti, 17 (1942)

B. Sidonia (Caecilia) Schelingová, *virgo et martyr*, 31 iulii, 18 (1955)

B. Sigismundus Felix Feliński, *episcopus*, 17 septembris, 12 (1895)

B. Teresia (Agnes) Gonhxa Bojaxhiu, *virgo*, 5 septembris, 10 (1997)

B. Thomas Maria Fusco, *presbyter*, 24 februarii, 8 [= 7↓] (1891)

B. Valentinus Paquay, *presbyter*, 1 ianuarii, 16 (1905)

Nova elogia

Sequuntur elogia uniuscuiusque ex supradictis sanctis vel beatis secundum rationem calendarii distributa, praemisso numero, quo in editione altera Martyrologii Romani suo die collocantur. Patet elogia prioris editionis, quae insequebantur, nunc addita unitate exstare; ubi vero duo vel plura elogia eodem die collocentur, numeri, qui elogium praecedunt, novam iam indicant numerationem:

1 ianuarii

16*. Hasseléti prope Traiéctum Mosae in Bélgio, beáti Valentíni Paquay, presbýteri ex Ordine Fratrum Minórum, qui in praecatióne, ministério reconciliatiónis et mariális corónae devotióne mirum christiánae caritátis praébuit exémplum, in spíritu humilitátis e mínimis áttingens summa.

3 ianuarii

9*. Leóntii in Sicília, sancti Luciáni, epíscopi.

10 ianuarii

19*. Matríti in Hispánia, beátae Maríae a Dolóribus Rodríguez Sopeña, vírginis, quae, summum christiánae caritátis praebens testimónium, ad ínfimos societátis témporis suis, praesértim in subúrbiis maiórum civitátum, própius accéssit et pro evangélio nuntiándo et paupéribus operariísque in re sociáli provehéndis Institútum Dominárum Catechistárum et Opus Doctrinárum excitávit.

15 ianuarii

11*. Armi prope Rhégium Iúlii in Calábria, sancti Arsénii, eremítae, qui oratióne et austeritáte enítuit.

15 ianuarii

↓17*. Berolíni in Germánia, beáti Nicolái Gross, patrisfamílias et mártyris, qui, ad rem sociálem pénitus inténtus, nefário regímini humánae dignitáti ac religióni infénso omnímodo óbstitit, ut nihil contra Dei mandáta ágeret, quaprópter in cárcerem coniéctus per suspéndii cruciátum victóriae Christi párticeps factus est.

16 ianuarii

↓14*. Valéntiae in Hispánia, beátae Ioánnae Maríae Condesa Lluch, vírginis, quae sollérti caritátis ac sacrifícii amóre ad ínopes, púeros et iúvenes operárias adiuvándos húmili labóris stúdio se trádidit, pro quorum tutéla atque institutióne Congregatiónem Ancillárum ab Immaculáta Conceptióne Protectrícum Operariárum fundávit.

20 ianuarii

11*. Casáureae prope Neápolim in Campánia Itáliae, beátae Maríae Christínae ab Immaculáta (Adalhéidis) Brando, vírginis, quae vitam suam in puerórum christiánam institutiónem cóntulit et Congregatiónem Sorórum Victimárum Expiatrícum a Iesu Sacraménto fundávit, qua adoratiónem sanctae Eucharístiae valde suscitávit.

21 ianuarii

7*. In monte Mercúrio in Lucánia, sancti Zacharíae, Angélici nuncupáti, magístri coenobíticae conversatiónis.

22 ianuarii

15*. Vindóbonae in Austria, beáti Ladislái Batthyány-Strattmann, qui, paterfamílias, tum in família cum in civíli societáte vitae et óperum sanctitáte evangélium testíficans, médici nomen et dignitátem vero christiáno more cóluit et magna cum caritáte óperam aegrótis assidéndo navávit, pro quibus valetudinária fundávit, ubi, omni vanitáte neglécta, páuperes inopésque tantum excipiébat.

1 februarii

18*. In civitáte *Cúcuta* in Colúmbia, beáti Aloýsii Variara, presbýteri e Societáte Sancti Francísci Salésii, qui leprósis omni ope et cura assédit et Soróres Fílias Sacrórum Córdium Iesu et Maríae instítuit.

2 februarii

14*. Verónae in Itália, beátae Maríae Domínicae Mantovani, vírginis, quae Institúto Parvárum Sorórum a Sacráta Família, quod una cum beáto Iosépho Nascimbeni, presbýtero, fundávit, uti prima antístita praéfuit, paupéribus, órphanis aegrotísque in humilitáte vitae pro Christi dilectióne insérviens.

5 februarii

5*. In Lucánia, sancti Lucae, abbátis sub institútis sanctórum orientálium, qui actuósam vitam monásticam primum in Sicília, pátria sua, dein Saracenórum irruptiónum causa váriis in locis duxit, demum in monastério Carbonénsi Sanctórum Elíae et Anastásii prope Arméntum ab ipso cóndito óbiit.

5 februarii

↓6*. Romae in monastério Sancti Caesárii, sancti Sabae, Iunióris nuncupáti, mónachi, qui cum fratre sancto Macário per Calábriam et Lucániam témpore vastatiónum Saracenórum vitam coenobíticam indefésse diffúdit.

6 februarii

11*. Angris prope Salérnum in Campánia Itáliae, beáti Alphónsi Maríae Fusco, presbýteri, qui, ministério inter agrícolas déditus, institutióni iúvenum, praesértim páuperum orphanorúmque, semper consúluit et Congregatiónem Sorórum a Sancto Ioánne Baptísta fundávit.

7 februarii

↓14*. Parísiis in Gállia, beátae Rosáliae (Ioánnae Maríae) Rendu, vírginis e Puéllis a Caritáte, quae, in domo quadam in paupérrima illíus urbis regióne constitúta, quam refúgium fecit egenórum, omni stúdio enísa est, ut páuperes in ipsis eórum domicíliis visitáret, pacem témpore bellórum civílium conciliáret et multos, máxime iúvenes et dívites, ad exercítium caritátis suscitáret.

8 februarii

8*. Vesontióne in Burgúndia, sancti Nicétii, epíscopi.

10 februarii

12*. Valle Víridi de Itínere prope Onobam in Baética regióne Hispániae, beátae Eusébiae Palomino Yenes, vírginis ex Institúto Filiárum Maríae Auxiliatrícis, quae, humilitátis egrégium praebens exémplum, nulla pétita ostentatióne, spíritu abnegatiónis in imis munéribus suis cúlmina grátiae accépit.

19 februarii

6*. Bisiniáni prope Consentiam in Calábria, sancti Procli, mónachi, qui, exímia praéditus doctrína, aráldus fuit monásticae conversatiónis.

24 februarii

↓8*. Nucériae Paganórum in Campánia Itáliae, beáti Thomae Maríae Fusco, presbýteri, qui páuperes aegrotósque summa dilectióne curávit et Fílias a Caritáte Pretiosíssimi Sánguinis instítuit, quas ad várias óperas sociáles navándas, praesértim inter iúvenes et aegrótos, destinávit.

27 februarii

↓14*. Pasti in Colúmbia, beátae Maríae a Caritáte Spíritus Sancti (Carolínae) Brader, vírginis, quae vitam contemplatívam cum missionária navitáte omni stúdio conciliávit et ad pópulum per christiánam institutiónem provehéndum Soróres Franciscánas Maríae Immaculátae instítuit.

2 martii

3*. Agýrii in Sicília, sancti Lucae Casali de Nicósia, mónachi, humilitáte virtutibúsque repléti.

4 martii

9*. Vicétiae in Itália, beáti Ioánnis Antónii Farina, epíscopi, qui, multiplíciter dedit óperam rei pastoráli et Institútum Sorórum Magistrárum a Sancta Dorothéa Filiárum a Sacris Córdibus fundávit, quae de puellárum páuperum institutióne ac de ómnibus afflíctis discriminatísque providérent.

5 martii

9*. Viglébani in Langobárdia, beáti Christóphori Macassoli, presbýteri ex Ordine Minórum, praedicatióne et caritáte in páuperes insígnis.

7 martii

14*. In urbe *Kirov* in Rússia, beáti Leónidae Fëdorov, epíscopi et mártyris, qui, munus exércens exárchae apostólici catholicórum Russicórum Ritus byzantíni, ante régimen religióni infénsum Christi discípulus fidélis adúsque mortem méruit esse.

8 martii

9*. Pápiae in Langobárdia, sancti Litiphrídi, epíscopi.

9 martii

4*. In pago Rapóllae in Lucánia, sancti Vitális de Castronóvo, mónachi.

15 martii

8*. Premísliae in Polónia, beáti Ioánnis Adalbérti Balicki, presbýteri, qui múltiplex pro univérso pópulo Dei navávit ministérium, particulári sedulitáte ánimum inténdens ad Evangélium praedicándum et lapsis puéllis assidéndum.

15 martii

↓9*. Viédmae in Argentína, beáti Artémidis Zatti, religiósi e Societáte Sancti Francísci Salésii, qui zelo missionário emícuit et, in angústias Patagóniae proféctus, totam vitam in valetudinário huius civitátis summa ánimi magnitúdine patiénter et humíliter necessitátibus egenórum subvénit.

17 martii

9*. Málacae in Hispánia, beáti Ioánnis Nepomucéni Zegrí y Moreno, presbýteri, qui ministérium suum in servítium Ecclésiae atque animárum vitam consecrávit et, quo mélius glóriam Dei Patris in Christo procuráret, Congregatiónem Sorórum a Caritáte Beátae Maríae Vírginis a Mercéde fundávit.

20 martii

16*. Leópoli in Ucráina, beáti Ioséphi Bilczewski, archiepíscopi Latinórum, qui magna caritátis sedulitáte morum doctrinaéque institutióni cleri et pópuli incúbuit et, belli témpore, páuperum egenorúmque necessitátibus omni ope ac stúdio subvénit.

23 martii

12*. Leopoldópoli in Slováchia, beáti Methódii Domínici Trčka, presbýteri e Congregatióne Sanctíssimi Redemptóris et mártyris, cuius terréna peregrinátio, témpore persecutiónis fídei, glorióso martýrio in vitam aetérnam mutáta est.

24 martii

4*. Cátanae in Sicília, sancti Sevéri, episcopi.

25 martii

8*. Mámmulae prope Hierácium in Calábria, sancti Nicodémi, eremítae, qui, asperitáte vitae virtutibúsque exímius, magíster fuit monásticae conversatiónis.

31 martii

5*. Tolósae in Gállia, beátae Ioánnae, vírginis ex Ordine Carmelitárum.

1 aprilis

10*. Bríxiae in Langobárdia Itáliae, beáti Ludovíci Pavoni, presbýteri, qui magna sedulitáte ad iúvenes paupérrimos instituéndos se trádidit, praesértim curans eos iuxta christiános mores educáre atque ad artes dirígere, et Congregatiónem Filiórum Maríae Immaculátae fundávit.

5 aprilis

7*. Monte Corbíno in Apúlia, sancti Albérti, episcopi, qui contínuae ad Deum preci et commúni páuperum utilitáti totam vitam praéstitit.

6 aprilis

8*. In monastério Sancti Elíae de Aulínis apud Palmam in Calábria, sancti Philaréti, mónachi, oratióni valde intenti.

8 aprilis

10*. Aláxii prope Albingáunum in Ligúria Itáliae, beáti Augústi Czartoryski, presbýteri e Societáte Salesiána, cuius infírma valetúdo haud impédiit, quin vocatiónem Dei fírmiter péragrans magna suscíperet dona sanctitátis.

16 aprilis

10*. Senis in Etrúria, beáti Ioachími, religiósi ex Ordine Servórum Maríae, qui singulári devotióne erga beátam Vírginem enítuit et, egenórum portans ónera, Christi adimplévit legem.

20 aprilis

8*. In pago Laurinénsi prope Paestum in Campánia, sanctae Heliénae, vírginis, quae, in Christi opéribus solidáta, secéssum desérti loci appetívit, ubi sine intermissióne Deo in necessitátibus religiosórum infirmorúmque sérviit.

21 aprilis

6*. Cállii in Picéno Itáliae, beáti Ioánnis Saziari, religiósi e Tértio Ordine Sancti Francísci.

2 maii

5*. Luxóvii in Burgúndia, sancti Waldebérti, abbátis.

3 maii

6*. Argo in Graécia, sancti Petri, epíscopi, qui summam caritátem in páuperes ac servos navávit et pro bono fidei lítibus componéndis instánter consúluit.

5 maii

11*. In Calábria, sancti Leónis, eremítae, qui, contemplatióni operibúsque pro paupéribus déditus, in monastério Africi prope Rhégium Iúlii ab ipso cóndito óbiit.

9 maii

9*. Apud óppidum Montichiéllum in Etrúria, beáti Benincásae de Monte Politiáno, religiósi ex Ordine Servórum Maríae, qui in specum montis Amiátae in agro Senénsi secéssit ibíque vitam paeniténtem egit.

10 maii

13*. Zagábriae in Croátia, beáti Ioánnis Merz, qui, humanárum litterárum stúdio et institutióni déditus, fúlgidum iuvénibus praébuit exémplum magístri Christi fídei inníxi et navitátis christifidélium laicórum in provéctum societátis.

17 maii

↓8*. Casáureae prope Neápolim in Campánia Itáliae, beátae Iúliae Salzano, vírginis, quae pro doctrína christiána docénda ac devotióne erga Eucharístiam diffundénda Congregatiónem Sorórum Catechistárum a Sacratíssimo Corde Iesu excitávit.

19 maii

9*. Granátae in Hispánia, beatórum mártyrum Ioánnis de Cetína, presbýteri, et Petri de Dueñas, religiósi, ex Ordine Minórum Conventuálium, qui ob Christi fídei confessióne ipsíus Maurórum regis manu occísi sunt.

5 iunii

9*. Ciáni prope Milétum in Calábria, sancti Petri Spanò, eremítae, paupertáte et compunctióne clári.

10 iunii

9*. Augústae Taurinórum in Itália, beáti Marci Antónii Durando, presbýteri e Congregatióne Missiónum, qui Congregatiónem Sorórum Iesu Nazaréni fundávit pro aegrótis iuvenibúsque derelíctis assidéndo.

11 iunii

13*. In vico *Kara-Kenpru* prope Amídam in Túrcia, beáti Ignátii Maloyan, epíscopi Mardinénsis Armenórum et mártyris in genocídio

christianórum illíus regiónis a persecutóribus fídei patráto, qui, cum aliénam religiónem amplécti renuísset, consecráto pane pro spiritáli refectióne concaptivórum, innúmeris cum christifidélibus plumbis transfóssus, effúso sánguine ad perpétuae pacis fructum pervénit.

24 iunii

10*. Guadalaxárae in México, beátae Maríae a Guadalúpe (Anastásiae) García Zavala, vírginis, quae Congregatiónis Ancillárum Sanctae Margarítae Maríae et Páuperum fundátioni náviter intérfuit et sédula inter páuperes aegrotósque perégit ópera caritátis.

26 iunii

8. Eugúbii in Umbria, sancti Radúlphi, epíscopi, qui verbo praedicatiónis ínstitit et quidquid domésticis surrípere váluit expénsis pródigus in páuperes dispérsit.

26 iunii

↓12*. Tarvísii in Itália, beáti Andréae Hyacínthi Longhin, epíscopi, qui in tempestátibus belli necessitátibus profugórum captivorúmque strénue subvénit et in angústiis témporis sui singulári sollicitúdine iura deféndit operariórum, agricolárum omniúmque ínopum societátis.

27 iunii

7*. Cornéti prope Bobínum in Apúlia, beáti Benvenúti de Eugúbio, religiósi ex Ordine Minórum, qui per húmile aegrotórum servítium ad vitam Christi páuperis se conformávit.

29 iunii

5*. In freto ponti ínsulam Maióricam prospiciénte, beáti Raymúndi Lulli, religiósi e Tértio Ordine Sancti Francísci et mártyris, qui, vir exímiae sciéntiae et illuminátae doctrínae, ad propagándum Christi Evangélium fratérnum cum Saracénis instaurávit collóquium.

5 iulii

2. Rhégii Iúlii in Calábria, sancti Stéphani de Nicaéa, epíscopi et mártyris.

5 iulii

↓7. In monastério Snactae Maríae de Terréto prope Rhégium Iúlii in Calábria, sancti Thomae, abbátis.

6 iulii

2*. Nicomedíae in Bithýnia, sanctae Cyríacae, vírginis et mártyris sub Diocletiáno, quae Tropaéae in Calábria summa veneratióne cólitur.

6 iulii

↓8*. In pago Condatiscénsi ad Iuram in Burgúndia, sancti Iusti, mónachi.

7 iulii

16*. Legióne in Nicarágua, beátae Maríae Romero Meneses, vírginis ex Institúto Filiárum Maríae Auxiliatrícis, quae in diciónibus Orae Dívitis pro institutióne puellárum, praesértim páuperum et derelictárum, benígne nisa est et pietátem erga Eucharístiam et Beátam Vírginem Maríam valde diffúdit.

9 iulii

11*. Romae, beátae Maríae a Iesu Crucifíxo Petkovič, vírginis, quae, e vico Blato ínsulae Córcyrae Nigrae in Croátia oriúnda, oratióni et opéribus misericórdiae summópere inténta, pro paupéribus, aegrótis ac derelíctis ministrándo Congregatiónem Filiárum Misericórdiae fundávit, quam Tértio Ordini Sancti Francísci aggregávit.

16 iulii

10*. Viánae Castélli in monastério Sanctae Crucis in Lusitánia, beáti Bartholomaéi a Martýribus Fernandes, epíscopi Bracarénsis, qui, vitae integritáte exímius, summa pastoráli caritáte in necessitátibus gregis enísus est et sana doctrína multa excóluit scripta.

17 iulii

16*. Leopoldópoli in Slováchia, beáti Pauli (Petri) Gojdich, epíscopi et mártyris, qui, pastor in território Presoviénsi, témpore regíminis in Deum infénsi in cárcerem coniéctus, tantas passus est aerúmnas, ut, atróciter vexátus, Christi verba fidéliter excípiens per strénuam conféssionem in vitam transíret gloriósam.

23 iulii

12*. Epériis in Slováchia, beáti Basilíi Hopko, epíscopi auxiliáris Presoviénsis et mártyris, qui, témpore regíminis Christi fídei et Ecclésiae infénsi, cum christifidélibus Ritus byzantíni ministráret, in cárcerem coniéctus, saevítias ac longum aegrúmque morbum usque ad mortem passus est, palmam ássequens victóriae.

31 iulii

18*. Tyrnáviae in Slováchia, beátae Sidóniae (Caecíliae) Schelingová, vírginis e Congregatióne Sorórum a Caritáte Sanctae Crucis et mártyris, quae, témpore perdiffícili Ecclésiae natiónis suae, ob sacerdótem quemdam ab ipsa servátum multa córpore et spíritu pátiens, morbo demum confécta, indeféssa ac laeta Christi testis effúlsit.

4 augusti

↓8*. In silvis Panáiae prope Catácium in Calábria, sancti Onúphrii, eremítae, ieiúniis et austeritáte vitae insígnis.

8 augusti

14*. Zamórae in Hispánia, beátae Bonifátiae Rodríguez Castro, vírginis, quae, de christiáno et sociáli mulíerum proféctu per oratiónem et labórem sollícita ad exémplum Sacratíssimae Famíliae Názareth Congregatiónem Servárum a Sancto Ioseph suscitávit.

13 augusti

11*. Vindóbonae in Austria, beáti Marci de Aviáno (Cároli Domínici) Cristofori, presbýteri ex Ordine Fratrum Minórum Capuccinórum, qui, sápiens praedicátor verbi Dei, ubíque miram dedit óperam pro egénis atque aegrótis, ánimos poténtium mundi praesértim cóncitans, ut fidem et pacem omni negótio et utilitáti antepónerent.

17 augusti

7*. Colle Etrúsco prope Senas in Etrúria, beáti Albérti, presbýteri, qui pópulo virtútum egrégium exémplum explícuit.

23 augusti

9*. In monastério Sancti Philíppi prope Locros in Calábria inferióre, sancti Antónii de Hierácio, eremítae.

25 augusti

12*. Córdubae in Argentína, beátae Maríae a Tránsitu Iesu Sacraménti, vírginis, quae christiánae institutióni páuperis derelictaéque infántiae summam dedit óperam et Soróres missionárias e Tértio Ordine Sancti Francísci in Argentína instítuit.

26 augusti

15*. Romae, beátae Maríae Beltrame Quattrocchi, quae, materfamílias, vitam cum viro suo agens altae ac laetae communiónis fídei caritatísque in próximum, Christi luce famíliam et societátem collustrávit.

27 augusti

20*. Sebastianópoli in Hispánia, beátae Maríae a Colúmna Izquierdo Albero, vírginis, quae, paupertáte ac grávibus morbis diu vexáta, Deum in actuósa dilectióne páuperum afflictorúmque cóluit, pro quibus ministrándis Operam Missionáriam a Iesu et María constítuit.

29 augusti

17*. Posnániae in Polónia, beátae Sánciae (Ioannínae) Szymkowiak, vírginis e Congregatióne Filiárum Beátae Maríae Vírginis Perdoléntis, quae, belli tempestátibus saeviéntibus, omni stúdio in cárcere reclúsis consuléndo dedit óperam.

30 augusti

6*. Thessalonícae in Macedónia, sancti Fantíni, Iunióris nuncupáti, eremítae, ieiúniis, vigíliis ac labóribus pro Christo consummáti.

3 septembris

↓9*. Cáudii in Campánia, sancti Vitaliáni, epíscopi.

5 septembris

10*. Calcúttae in India, beátae Terésiae (Agnétis) Gonhxa Bojaxhiu, vírginis, quae, ex Epíro nata, sitim Christi in cruce derelícti exímia caritáte in paupérrimos fratres restínxit et Congregatiónes Missionariárum et Missionariórum a Caritáte in plenum servítium aegrotórum derelictorúmque instítuit.

7 septembris

20*. Parmae in Aemília Itáliae, beátae Eugéniae Picco, vírginis e Congregatióne Parvárum Filiárum a Sacris Córdibus Iesu et Maríae, quae, voluntáti Dei summópere vota, dignitátem mulíerum promóvit et spiritáli institutióni ac liberáli doctrínae religiosárum provídit.

9 septembris

6*. Monastérii in Germánia, beátae Maríae Euthýmiae (Emmae) Üffing, vírginis e Congregatióne Sorórum a Compassióne, quae, exímia pietáte, benignitáte et neglegéntia sui, Deo inter aegrótos inservívit.

9 septembris

↓8*. In civitáte *Gramat* in pago Cadurcénsi Gálliae, beáti Petri Bonhomme, presbýteri, qui missiónibus ad pópulum et evangelizatióni rurum miram dedit óperam et Congregatiónem Sorórum Dóminae Nostrae a Monte Calvário fundávit, cui iuvénum, aegrotórum atque ínopum necessitátum commísit curam.

15 septembris

13*. In loco Sancto Domínico Xagacía in México, beatórum Ioánnis Baptístae et Hyacínthi ab Angelis, mártyrum, qui, catechístae, cum idóla pro Christo cólere renuíssent, saéviter percússi, passiónem Christi aemulántes praémium aetérnum mériti sunt.

15 septembris

↓17*. Neápoli in Itália, beáti Pauli Manna, presbýteri e Pontifício Institúto pro Missiónibus Exteris, qui, missionárii offício in Birmánia infírmae valetúdinis causa relícto, de evangelizatiónis navitáte ádmodum molítus est et summo stúdio verbi Dei praedicatiónem et unitátem christianórum fovéndas curávit.

17 septembris

12*. Cracóviae in Polónia, beáti Sigismúndi Felícis Feliński, epíscopi Varsaviénsis, qui summas inter aerúmnas pro Ecclésiae libertáte

et instauratióne adlaborávit ac pro ómnibus pópuli necessitudínibus Institútum Sorórum Franciscálium Famíliae Maríae fundávit.

18 septembris

11*. In vico *Paimol* prope missiónem Kalóngi in Ugánda, beáti Dávidis Okelo et Gildi Irwa, catechistárum et mártyrum, qui, cum sponte óperam dárent pópulo suo Evangélio tradéndo, a pagánis loci láncea transfóssi, intrépido martýrio Christi virtútem manifestavérunt.

19 septembris

11*. Bonivicíni prope Conséntiam in Calábria, sancti Cyríaci, abbátis.

23 septembris

11*. Marianópoli in Quebecénsi Cánadae província, beátae Maríae Aemíliae Tavernier, religiósae, quae, maríto filiísque orbáta, egénis assidéndo se dedit et Congregatiónem Sorórum a Providéntia fundávit pro órphanis, sénibus et mente captis ministrándis.

25 septembris

8*. Cusántiae in pago Bisuntíno in Néustria, sancti Ermenphrídi, abbátis.

26 septembris

5*. Caiétae in Látio, sancti Stéphani de Rossáno, mónachi, sócii sancti Nili iunióris.

26 septembris

↓11*. In civitáte *Los Reyes* in Perúvia, beáti Aloýsii Tezza, presbýteri ex Ordine Clericórum Regulárium Infírmis Ministrántium, qui ad inserviéndum Deo inter aegrótos Congregatiónem Filiárum a Sancto Camíllo fundávit, quam sapiénter ad multíplicis caritátis ópera redégit.

1 octobris

12*. Sarónni prope Varésium in Langobárdia Itáliae, beáti Aloýsii Maríae Monti, religiósi, qui, etsi condiciónem servans laicálem, Fílios ab Immaculáta Conceptióne instituit, quos in spíritu caritátis erga páuperes et egénos diréxit, praesértim infírmis orphanísque assidéndo et iúvenum institutióni cavens.

2 octobris

11*. Fianarantsóae in Madagascária, beáti Ioánnis Beyzym, presbýteri e Societáte Iesu, qui férvidam hac in ínsula pro leprósis exércuit navitátem, quorum córpori et spirítui magna ope caritátis inservívit.

6 octobris

4. Surrénti in Campánia, sancti Renáti, episcopi.

6 octobris

↓8*. Azogýreae in Creta, sancti Ioánnis, cognoménto Xeni, qui monásticam conversatiónem per ínsulam propagávit.

13 octobris

↓13*. In vico *Balasar* prope Brácaram in Lusitánia, beátae Alexandrínae Maríae da Costa, quae, ómnibus membris capta ut malam erga se cuiúsdam fúgeret voluntáte, in Eucharístiae contemplatióne omnes dolóres suos Dómino pro amóre Dei fratrúmque egenórum óbtulit.

21 octobris

12*. In vico *Belencito* prope Metellínum in Colúmbia, beátae Láurae a Sancta Catharína Senénsi Montoya y Upeguí, vírginis, quae ad Evangélium inter pópulos indígenos adhuc Christi fide expértes nuntiándum magno Dei lucro se cóntulit et Congregatiónem Sorórum Missionariárum Maríae Immaculátae et Sanctae Catharínae Senénsis suscitávit.

29 octobris

↓9*. Secundiliáni prope Neápolim in Itália, beáti Caietáni Errico, presbýteri, qui recéssus spiritáles et Eucharístiae contemplatiónem omni stúdio fovit, ut Christo ánimas lucrarétur, quo etiam Missionários Sacrórum Córdium Iesu et Maríae suscitávit.

5 novembris

3*. In Apúlia, sancti Marci, episcopi Aecanénsis.

9 novembris

14*. Romae, beáti Aloýsii Beltrame Quattrocchi, qui, paterfamílias, tum in públicis cum in domésticis negótiis mandáta Christi servávit et diligéntia ac probitáte vitae proclamávit.

13 novembris

19*. Sóphiae in Bulgária, beatórum Petri Vičev, Pauli (Ioséphi) Džidžov et Iósaphat (Robérti Matthaéi) Šiškov, presbyterórum e Congregatióne Augustinianórum ab Assumptióne, qui, témpore regíminis in Deum hostílis proditiónis crímine falso insimuláti atque in cárcerem trusi quia christiáni, mercédem fidélium discipulórum Christi mortis agóne accípere meruérunt.

14 novembris

7*. In coenóbio Sanctae Maríae de Gualdo Mazocca prope Campum Bassum in Itália, beáti Ioánnis de Tuphária, eremítae.

15 novembris

18*. Matútae in Ligúria Itáliae, beátae Maríae a Passióne (Hélenae) de Chappotin de Neuville, vírginis, quae, humilitáte ac simplicitáte sancti Francísci íntimo péctore rapta, Soróres Franciscánas Missionárias Maríae instítuit, curam mulíebris condiciónis in terris missiónis iúgiter ádhibens.

19 novembris

7*. In monte Mercúrio in Calábria, sancti Simónis, eremítae.

26 novembris

13*. Passáni prope Vicétiam in Itália, beátae Caietánae Sterni, religiósae, quae, adhuc iúvenis in viduitáte relícta, omníno páuperum se dedit servítio et Congregatiónem Sorórum a Divína Voluntáte instítuit, quae paupéribus infirmísque ministrárent.

26 novembris

↓14*. Romae, beáti Iacóbi Alberione, presbýteri, qui, evangelizatiónis summópere sollícitus, omni ope ac stúdio enísus est instrumenta communicatiónis sociális in bonum humánae societátis fléctere et tamquam subsídia effícere, quae Christi veritátem efficácius nuntiárent, quaprópter Congregatiónem Piae Societátis a Sancto Paulo Apóstolo fundávit.

28 novembris

4*. Prope Rossánum in Calábria, sanctae Theodórae, abbatíssae, discípulae sancti Nili iunióris et monásticae conversatiónis magístrae.

1 decembris

13*. In civitáte *Dire-Daua* in Aethiópia, beátae Liduínae (Helísae Angelae) Meneguzzi, vírginis ex Institúto Sancti Francísci Salésii, quae, verum facta humilitátis et christiánae caritátis spéculum, misericórdiam Dei inter páuperes, aegrótos et captívos benígne fecit conspícuam.

10 decembris

5*. In monastério Sancti Nicolái de Viotoríto in Calábria, sancti Lucae, episcopi Insulae, qui pro bono páuperum et institutióne monachórum indefésse adlaborávit.

12 decembris

Beátae Maríae Vírginis de *Guadalupe* in México, cuius matérnum auxílium ingens pópulus in colle *Tepeyac* prope Mexicópolim humíliter implórat ac útpote stellam in evangelizándis famíliis populórum et indigenárum pauperúmque praesídium fidénter salútat.

16 decembris

7*. In Lucánia, sancti Macárii de Collesáno, mónachi, qui, humilitáte et abstinéntiis exímius, váriis coenóbiis montis Mercúrii et Latiniáni prudénter praéfuit.

17 decembris

6*. In monte Mercúrio in Lucánia, sancti Christóphori de Collesáno, mónachi, qui tota cum família sua monásticae conversatióni propagándae summópere dedit óperam.

18 decembris

7*. Borgári prope Augústam Taurinórum in Itália, beátae Nemésiae (Iúliae) Valle, vírginis ex Institúto Sorórum a Caritáte, quae, in iuvénibus instruéndis et in amóre Evangélii moderándis exímia, viam mandatórum Dómini per próximi dilectiónem iúgiter currit.

30 decembris

↓10*. Génuae in Ligúria Itáliae, beátae Eugéniae Ravasco, vírginis, quae Institútum Sorórum Filiárum a Sacratíssimis Córdibus Iesu et Maríae fundávit, cui puellárum institutiónis, necnon aegrotórum atque parvulórum puerórum necessitátum commísit curam.

30 decembris

12*. Génuae in Ligúria Itáliae, beátae Eugéniae Ravasco, vírginis, quae Institútum Sorórum Filiárum a Sacratíssimis Córdibus Iesu et Maríae fundávit, cui puellárum institutiónis, necnon aegrotórum atque parvulórum puerórum necessitátum commísit curam.

PRAETERMISSA

Ratione habita historicae vel hagiographicae vel liturgicae investigationis, e textu editionis alterius inter praetermissa censenda sunt elogia Sanctorum vel Beatorum quae sequuntur, de quorum cultu tamen aliquibus in locis exercendo nihil decernitur:

Aemilianus, *eremita*, 16 novembris, 7
Agapius, *episcopus et martyr*, 28 aprilis, 6
Eulalia, *virgo et martyr in Hispania*, 12 februarii, 2
Gerardus, 13 octobris, 12
Hilarianus, 15 iunii, 8
Hugo de Glazinis, 8 novembris, 6
Hyacinthus, *martyr*, 4 augusti, 2
Gulielmus de Leaval, 7 februarii, 6
Iuliana et Semproniana, 27 iulii, 3
Leobatius, 16 ianuarii, 7
Liberatus de Loro, 6 septembris, 9
Macrina, 14 ianuarii, 4
martyres Alexandriae in ecclesia Theonae, 13 maii, 2
Nicasius, *martyr*, 1 iulii, 8
Petrus, *martyr*, 24 februarii, 2
Pretextatus, 14 aprilis, 6
Theodorus, *episcopus Cyrenensis*, 4 iulii, 4
Victor, *martyr Bracarae*, 12 aprilis, 1
Vincentius, *abbas*, 11 martii, 4

AD ALIUM DIEM REMISSA

Ex attestationibus vetustiorum calendariorum vel monumentorum ad aetatem sanctorum propinquiorum, ad diem in secunda columna signatum remittenda sunt elogia, quae sequuntur:

Ss. Iuventinus et Maximinus
loco diei: 25 ianuarii, 5, *remittitur ad diem*: 29 ianuarii, 4

S. Hippolytus, *abbas Condatiscensis*
loco: 27 februarii, 6, *ad diem*: 20 novembris, 8

S. Agnes, *abbatissa Pragensis*
loco: 6 martii, 11, *ad diem*: 2 martii, 4↓

S. Placidus Riccardi, *presbyter*
loco: 14 martii, 8, *ad diem*: 25 martii, 15↓

B. Michael Czartoryski, *presbyter et martyr*
loco: 6 aprilis, 15↓ *ad diem*: 6 septembris, 11↓

S. Sophia, *virgo et martyr*
loco: 12 aprilis, 2↓, *ad diem*: 30 aprilis, 2

B. Antonius Bajewski, *presbyter et martyr*
loco: 7 maii, 10, *ad diem*: 8 maii, 17↓

B. Gerardus de Villa Magna
loco: 18 maii, 8, *ad diem*: 25 maii, 10

B. Maria Lhuillier, *virgo et martyr*
loco: 22 iunii, 9, *ad diem*: 25 iunii, 12

B. Thomas Corsini
loco: 23 iunii, 7, *ad diem*: 21 iunii, 6

S. Bonifatius, *episcopus*
loco: 14 iulii, 6, *ad diem*: 4 iulii, 9↓

B. Marianus a Iesu Euse Hoyos
loco: 14 iulii, 13↓, *ad diem*: 13 iulii, 18

S. Beatrix da Silva Meneses, *virgo*
loco: 16 augusti, 10, *ad diem*: 17 augusti, 9↓

B. Mannis Guzmán
loco: 18 augusti, 8, *ad diem*: 30 iulii, 7

B. Rosa Pedret Rull
loco: 18 augusti, 17↓, *ad diem*: 19 augusti, 21

S. Marinus
loco: 4 septembris, 3, *ad diem*: 3 septembris, 6

S. Aemilianus, *episcopus Valentinensis*
loco: 10 septembris, 3, *ad diem*: 13 septembris, 5

S. Aemilianus, *episcopus Vercellensis*
loco: 11 septembris, 7, *ad diem*: 17 maii, 5

B. Ascensio Lloret Marco
loco: 23 septembris, 14↓, *ad diem*: 7 septembris, 21↓

S. Iacobus, *episcopus Sarugensis*
loco: 29 octobris, 6, *ad diem*: 29 novembris, 5

B. Maria Restituta Kafka
loco: 30 octobris, 14, *ad diem*: 30 martii, 15

Ss. Ioannes, *episcopus*, et Iacobus, *presbyter, martyres*
loco: 1 novembris, 5, *ad diem*: 23 octobris, 3

S. Domninus, *episcopus*
loco: 3 novembris, 8 *ad diem*: 2 novembris, 6

B. Narcissus Putz, *presbyter et martyr*
loco: 5 novembris, 14↓ *ad diem*: 5 decembris, 9

S. Galganus Guidotti
loco: 3 decembris, 6, *ad diem*: 30 novembris, 4

S. Martinus, *presbyter et abbas*
loco: 7 decembris, 6 *ad diem*: 8 maii, 7

S. Petrus Nolasco, *presbyter*
loco: 25 decembris, 7 *ad diem*: 6 maii, 6